Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



iohanna: tu uocaberis cephas. Quod interpretatur petrus. Incra
stinu uoluit exire in galileam: et inuenit philippum. Et dixit
ei iesus. Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida: ciuitate
andree et petri. Inuenit philippus nathanael: et dixit ei. Quem
scripsit moyses in lege et prophete: inuenimus iesu filium ioseph ana
zareth. Et dixit ei nathanael. Sinazareth potest aliquid boni esse?
Dixit ei philippus. Veni: et uide. Vidit iesus nathanael uen
entem ad se: et dixit de eo. Ecce uere israelita: in quo dolus non est.
Dixit ei nathanael. Vnde me nosti? Respondit iesus: et dixit
ei. Priusquam te philippus uocaret. cum esses sub ficu: uidi te. Re
spondit ei nathanael. et ait. Rabbi: tues filius dei: tues rex israel.
Respondit iesus: et dixit ei. Quia dixi tibi uidi te sub ficu.
credis: maius his uidebis. Et dixit ei. Amen amen dico uobis: ui
debitis celum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes
super filium hominis. In die scō. Ad Romanos.

Fratres. Corde creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad sa
lutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum: non
confundetur. Non enim est distinctio iudei et greci. Nam idem dominus
omnium: diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuo
cauerit nomen domini: saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem
non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quo
modo autem audient sine predicante? Quomodo uero predicabunt nisi
mittantur: sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium pa
cem. euangelizantium bona? Sed non omnis obediunt euangelio. Esaias
enim dicit. Domine: quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex audi
tu: auditus autem per uerbum xpi. Sed dico. Numquid non audierunt? Ergo
fides ex auditu. Et quidem. In omnem terram exiuit sonus eorum: et
in fines orbis terre uerba eorum. Sc. Matthe.

Illo tempore. Ambulans iesus iuxta mare galilee: uidit duos fratres.
simonem qui uocatur petrus. et andream fratrem eius. mittentes
rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis. Venite post me: